

*Lectio
moralis
pro consi-
deratione
eternit-
atis.*

minabilis vita tota simul et perfecta posses-
sio , inquit Boetius , lib. V *De Consolatione* ,
prosa 6 : « O chara veritas , vera eternitas , etern-
na felicitas , Deus meus ! » ait S. Augustinus . O
eternitas , eternitas ! quam longa es eternitas !
quam raro versari in mentibus hominum ! Si
hanc sepe cogitaremus , quam leva videatur et
momentaneum quidquid est tribulationis nostrae ,
quam nihil esset arduum , quam alacres essemus
ad omne bonum , quam bene spenderemus mo-
mentum hoc , unde pendet eternitas nostra ! Me-
rito Regius Propheta : « Cogitavi , inquit , dics
antiquos , et annos eternos in mente habui . » Nam
« durum , quod cruciat , eternum : felix , que beat,
eternitas . A morte pendent : mors a vita : haec
a momento : elige . Vixisse semel , perisse semel ,
eternitas est . »

*Eterna
vita ad-
miranda
felicitas.*

Hanc eternam vitam , et hujus vita bona ac
felicitatem pulchre describit S. Augustinus , lib.
XXII *De Civitate Dei* , cap. XXX : « Quanta , inquit , erit
illuc felicitas , ubi nullum erit malum , nullum
latebit bonum , vacabitur Dei laudibus , quia erit
omnia in omnibus ! Beati qui habitant in domo
tua , Domine , in secula seculorum laudabunt te .
Omnia membra et viscera incorruptibilis corporis
proficiunt in laudibus Dei . Vera ibi gloria erit ,
ubi laudantis nec error quisquam , nec adulata
laudabitur . Verus honor , qui nulli nega-
bitur digno , nulli deferetur indigno , sed nec cum
ambiet ullus indignus , ubi nullus permitteret
esse nisi dignus . » *Mox premium Beatorum essen-
tiale describit :* « Premium virtutis erit ipse qui
virtutem dedit , et qui seipsum , quo melius et
mejus nihil possit esse , promisit . Quid est enim
aliud quod per prophetam , dixi : Ero illorum
Deus , et ipsi erunt mihi plebs , ego ero quicunq-
que ab omnibus honeste desiderantur , et vita , et
salus , et virtus , et copia , et gloria , et honor , et
pax , et omnia bona ? Sic enim et illud recte intel-
ligitur : Erit Deus omnia in omnibus ; ipse finis erit
desideriorum nostrorum . Atque id etiam beata
civitas illa magnum in se bonum videbit , quod

nulli superiori ullus inferior invidebit , sicut in
corpone non vult oculus esse , qui est digitus ,
cum membrum ultrunque contineat totus carnis
pacata compago . » Deinde inferius : « Quantum ,
inquit , attinet ad scientiam rationalem , erit anima
memor praeteritorum malorum suorum : quan-
tum autem ad experientias sensum , prorsus immer-
mor : carebunt enim preteritis malis , ita ut pe-
nituit deleantr de sensibus eorum . Ibi perficie-
tur : Vacate et videte , quoniam ego sum Deus . Ibi
vacantes in sabbato requie videbimus , quoniam
suavis est Dominus , quoniam ipse est Deus , quo
pleni erimus , quando ipse erit omnia in omni-
bus . »

Audi et auctorem libri *De Spiritu et anima* ,
tom. III operum S. Augustini , cap. IX , hanc
vitam compellantem : « Non est in te corruptilla ,
nec defectus , nec senectus , nec ira : sed pax per-
rennis , gloria solemnis , letitia sempiterna , sole-
nitatis continua . Vere tantum gaudium et exultatio ,
flos et deus juventutis , et perfecte salutis . Non
est in te heri , nee hesternum , sed est idem ho-
diernum . Tibi salus , tibi vita , tibi pax est infi-
nitia , tibi Deus omnia . Gloriosa diela sunt de te ,
civitas Dei ; sicut enim letantium omnium habi-
tatio est in te . Nullus in te timor , gaudium nulla :
desiderium omne transit in gaudium , dum
praeceptum est quidquid opulatum , et quidquid desi-
deratur abundat . » Et infra : « Ipsi vero qui re-
dempi fuerint a Domino , quam devote confite-
buntur , et dicent : Quam bonus Deus Israel ! Deus
quoniam in seculum misericordia ejus . Letitia
siquidem sempiterna erit in eis , et exaltationes
Dei in guttura eorum in eternum , et in seculum
seculi , et perpetuas eternitates . Beati omnes ,
qui habitant in domo tua , Domine , in secula
seculorum laudabunt te . Inebriabuntur ab uber-
tate domus tue , et torrente voluptatis tuae po-
tabis eos . Quoniam apud te est fons vita , et in
lumen tuo videbimus lumen : cum videbimus te
in te , et nos in te , et te in nobis visione continua
et felicitate perpetua . »

*Scientia
rationa-
lis quale
in via
beatitatis.*

CAPUT SEPTIMUM.

SYNOPSIS CAPITIS.

*Quod cap. praecedenti dicerat , nos non esse sub peccato , ex eo quod non simus sub lege , sed sub gratia ;
fusus hic probat exemplum uxoris , quae solvit a lege viri , si si moriatur . Parvi enim modo legem nobis ,
et nos legi mortuos esse docet .*

*Inde , vers. 7 , docet quod lex , licet in se sancta sit , per occasionem tamen , nimurum indicando et vetando
peccatum , magis illud in homine prono in vita auferit .*

*Tertio , hac occasione , vers. 14 , transit ad concupiscentiam , quae ex peccato et lege est reliqua , docetque
viro etiam justos , licet iuvatos , eandem pati , et contra eam assidue luctari .*

1. An ignoratis , fratres (scientibus enim legem loquor) , quia lex in homine dominatur ,
quanto tempore vivit ? 2. Nam quae sub viro est mulier , vivente viro , alligata est legi : si
autem mortuus fuerit vir eius , soluta est a lege viri . 3. Igitur , vivente viro , vocabitur
adultera , si fuerit cum alio viro : si autem mortuus fuerit vir eius , liberata est a lege viri :
ut non sit adultera , si fuerit cum alio viro . 4. Itaque , fratres mei , et vos mortificati estis
legi per corpus Christi : ut sitis alterius , qui ex mortuis resurrexit , ut fructificemus Deo .
5. Cum enim essetis in carne , passiones peccatorum , quae per legem erant , operabantur
in membris nostris , ut fructificarent morti . 6. Nunc autem soluti sumus a lege mortis , in
qua detinebamur , ita ut serviamus in novitate spiritus , et non in vetustate littera . 7. Quid ergo dicemus ? lex peccatum est ? Absit . Sed peccatum non cognovi , nisi per legem : nam
concupiscentiam nesciebam , nisi lex diceret : Non concupisces . 8. Occasione autem accepta ,
peccatum per mandatum operatum est in me omnem concupiscentiam . Sine lege enim pec-
catum mortuum erat . 9. Ego autem vivebam sine lege aliquando . Sed cum venisset mandatum ,
peccatum revixit . 10. Ego autem mortuus sum : et inventum est mihi mandatum ,
quod erat ad vitam , hoc esse ad mortem . 11. Nam peccatum occasione accepta per mandatum ,
seduxit me , et per illud occidit . 12. Itaque lex quidem sancta , et mandatum sanctum ,
et justum , et bonum . 13. Quod ergo bonum est , mihi factum est mors ? Absit . Sed pecca-
tum , ut appareat peccatum , per bonum operatum est mihi mortem : ut fiat supra modum
peccatum per mandatum . 14. Scimus enim quia lex spiritualis est : ego autem carni-
alis sum , venundatus sub peccato . 15. Quod enim operor , non intelligo , non enim quod
velo bonum , hoc ago : sed quod odi malum , illud facio . 16. Si autem quod nolo , illud fa-
cio : consentio legi , quoniam bona est . 17. Nunc autem jam non ego operor illud , sed quod
habitat in me peccatum . 18. Scio enim quia non habitat in me , hoc est in carne mea ,
bonum . Nam velle adjacet mihi : perficere autem bonum non invenio . 19. Non enim
quod velo bonum , hoo facio : sed quod nolo malum , hoc ago . 20. Si autem quod nolo , illud fa-
cio : jam non ego operor illud , sed quod habitat in me , peccatum . 21. Invenio igitur
legem , volenti mihi facere bonum , quoniam mihi malum adjacet . 22. Condelector enim
legi Dei secundum interiorem hominem : 23. video autem aliam legem in membris meis ,
repugnarem legi mentis mea , et captivantem me in lege peccati , quae est in membris
meis . 24. Felix ego homo , quis me liberabit de corpore mortis hujus ? 25. Gratia Dei per
Iesum Christum Dominum nostrum . Igitur ego ipse menti servio legi Dei ; carne autem ,
legi peccati .

*Hoc capite identidem dicit urgetque Apostolus , S. Chrysostomus intelligit de lege ceremoniali :
quod nos , Christiani , non simus sub lege , quod Quia , inquit Chrysostomus , non sumus sub*

ceremonis legis, ideo non sumus sub lege. Sed haec expositione non est ad mentem Apostoli hoc loco : nam, ut patet vers. 7 et seq., loquitur Apostolus etiam de lege naturali et decalogi. Unde nota, aliud est legi teneri, aliud esse sub lege. Nam lego veteri morali, id est decalogi, tenetur, sed non sumus sub illa, id est sub eius statu et dominio, quod est hominem obligare, ne tamen dare gratiam ad eam implandam, ut quasi servus ea temeat, et captivus possideatur, et tanquam res ab ea dannetur. Ab hoc enim legis status nos gratia Christi liberat, que charitatem, sicut vicissim maritus uxori est quasi maritus, maritus

maritus

maritus, siue maritus uxori est quasi maritus

lex viva.

4. ITAQUE, FRATRES MEI, ET VOS MORTIFICATI ESTIS Vera. LEGI PER CORPUS CHRISTI. — Vox itaque significat hanc esse conclusionem, quam Apostolus deducit ex exemplo uxoris jam allato. Hoc enim est argumentatio Apostoli: Uxor, marito mortuo, soluta est vinculo et lege mariti; aliqui lex, que erat quasi maritus nostre, jam mortua est, et esse desit per Christum : ergo nos pariter lege liberati et soluti sumus, nec sub lege, sed sub gratia degimus.

Tunc
inclusa
dicitur

Vera. 4. AN IGNORATIS QUA LEX IN HOMINE DOMINATUR ,
DOMINA
tus legis
qualia? QUANTO TEMPO VIVIT? — « Dominatur » jubendo,
terrido, raro faciendo, accusando, condemnando : hic enim est dominatus legis. « Quanto
tempo vivit, » scilicet ipsa lex, inquit Origenes
et Ambrosius. **Secundo**, « quanto tempore vivit, »
scilicet ipsi homo : ita S. Chrysostomus, Theodo-
retus, S. Augustinus, lib. LXXXIII *Questionum*,
Quesit. LXVI; S. Thomas, Theophylactus et Ecu-
menius. Sed eodem uterque hic sensus reddit.
Toletus haec arcata ex sequentibus ad legem mat-
rimonii : sed nihil est quod cogat generaliter
Apostoli sententiam arcare ad unam matrimonii
legem : quod enim de ea subjicit Apostolus, non
per modum plene et adequatae explicatiois,
sed per modum exempli subiect.

Exempla oblitio- **Notas.** **2. NAM QUA SUB VIRO EST MULIER, VIVENTE VIRO,**
ALLIGATA EST LEGI. — Ex una legi matrimonii
appositi, ut statim ostendam, probat Apostolus
ea que in genere de lege dixerat. Nota **primo** :
pro quo sub viro est, gracie est unica vox, *πατρός εστιν*,
d. q. d. Sabiriva. Nota **secondo**, « alligata est legi »
in scilicet matrimonialium praesipienti fidem et obe-
dientiam marito. S. Ambrosius legit: « vivente
viro, alligata est legi »; **aliu vertunt,** « viventi viro
alligata est legi »; **lia Greca, Syrus et Erasmus,**
Tertullianus, lib. De *Monegania*, cap. xiii, legit :
« viventi viro vincita est ». **Sed eodem hec omnia**
redeunt: nam *uxor hoc ipso*, qui legi matrimoniali-
cialis etiam marito, quādumvis et vivit, **alligata est**.

Sessa allegoria potius allegoria : nimur peccatum, mors et lex, quae occasionaliter peccatum et mortem foveat, est maritus ; anima nostra est uxor ; proles sunt opera mala ; hoc marito mortuo, transit anima ad secundum maritum, nupsitque Deo, et peperit proles honorum operum. Ita S. Augustinus, *Quest.* LXVI *jam citata*, et lib. IV, *XV contra Faustum*, cap. viii. Idem docet Theophylactus, hancque esse mentem et phrasim Apostoli, patet ex vers. 4 et seq.

SI MORTUUS FUERIT VIR EJUS, SOLUTA EST A LEGE
VIRI, — scilicet a lege matrimonii, qua sub viri
potestate mulier tenebatur. Græce est ἀνὴρ γυναι-
κος : quod potest eliam verti a lege viro,
quia lex matrimonialis est quasi legalis uxoris.

lex matrimonialis non protestat mulier tenebatur. Graece est *ans* τὸν νόμον
trimenti τὸν ἀντίτιτον : quod potest etiam verti *a lege viro*,
legalis quia lex matrimonialis est quasi legalis uxoris

Duo ma- quasi uxoris. Prins cum veteri homine, ut vult
trinomia- Totleus, vel potius cum lege dominante veteri
nibus ho- homini. Hic prior hominis maritus (puta lex)
mbris et mortuus est et mortificatus in passione corporis
animis Christi. Unde idem homo et anima secundum
matricionum initit cum homine novo, id est cum
Christo resurgentem, quia illi per baptismum in-
corporatus, et cum eo quasi factus est una caro.
To hoc matrimonio novas proles concepit : unde
seguitur :

UT FRUCTIFICEMUS DEO. — id est, ut vivas proles ex hoc cum Christo matrimonio pariamus Deo, scilicet opera fidei, spei, charitatis et aliarum virtutum; quae ex semine, id est gratia Christi et Dei concepimus, ut illa Christi et Deo quasi eorum parenti offeramus.

5. CUM ESSEMUS IN CARNE, — cum scilicet carna-
libus desideriis astricti teneremur, inquit An-
selmus.

PASSIONES PECCATORUM.— id est passiones incitantes ad peccata , puta affectus vitiosi.

QUÆ PER LEGEM ERANT, — id est quæ acuebantur et excitabantur occasione legis.

OPERABANTUR IN MEMBRIS NOSTRIS, UT FRUCTIFICA-

RENT MORTI, — ut scilicet fructus peccatorum parerent, qui nos ducerent ad mortem æternam.

6. NUN AUTEM (per Christi crucem et mortem) SOLUTI SUMUS A LEGE (que erat occasio peccati, et consequenter) MORTIS, IN QUA DETINERANUR. — « Soluti sumus, » grecie *naturizemus*, id est *enervati sumus*: quod opponit Apostolus *τον εγράψαντα*, id est intime et efficacissime operatione passionis, vres, preceps. Est hypallage, « *enervati sumus*, » id est *enervata in nobis est lex*, quia lex vires et nervos suos, scilicet dominium et ius quasi maritale, quod in nos habebat, amisit. Simili modo Gethsemane, v. 4, dicit: « *Evacuati estis a Christo*, » id est Christus Christique redemptio vobis facta est per judaismum vacua, cassa et imutilis.

Nota : pro *mortis*, noster Interpres in Græco legit θεάτρον ; jam legunt *αὐλαῖον* ; id est *mortui sumus*, scilicet legi, in qua detinebamur. Alii legunt *αὐλαῖον*, scilicet *ψυχη*, id est *mortua lege*, in qua detinebamur.

ITA UT SERVIAMUS (Deo et Christo) IN NOVITATE
SPIRITUS, ET NON IN VESTIMENTA LITTERE, — non in
veteri vivendi genere, animali et carnali, cuius
magistra est legis littera, non gratia. Ita Ansel-
mus. Lex enim homini vestutum suum indica-
bat quidem et velabat, sed adeo non auterabat,
et ut per occasionem etiam eamdem auxerit: magis
enim refracibat, irritabat et incitabat veteres
concupiscentie affectus.

7. QUID ERGO DICEMUS? LEX PECCATUM EST? ABSIT.
— Crebras hic Apostolus interject occupationes, iisque gaudet. Talis est hic: poterat enim quis ex eo quod Paulus, vers. 5 et 6, legem vocaverat legem mortis, dixeratque passiones peccatorum per legem esse et excitari, obiecere: Ergo lex

ipsa est peccatum. Quod enim est causa peccati et mortis, hoc peccatum est. Respondet Apostolus: «Absit.» Non enim lex in se peccatum est (1)

SED PECCATUM NON COGNOSI, NISI PER LEGEM: NAM
CONCUPISCENTIA NESCIEBAM (esse peccatum), NISI
LEX DICERET: NON CONCUPISCES. — Nota: Concu-
piscencia in Decalogo vetutam speciali precepto,
scilicet nono et decimo, ex quo plerique
existimarent sexto precepto: Non macchaberis; et Actus
septimo: Non facies furtum, vetari tantum actum
externum, internum autem non esse vetitum aq-
ue eavendum. Quin et post datum legem Josephus.

lib. XII *Antiq.*, cap. xiii, et *Judei* ali, quos cor-
rigit *Christus*, *Meth.* v, 12 et 28, idem putasse
videtur: unde preceptum, « Non concupisces, »
sic explicabant, quod illo non velaretur concupis-
centia mere interna, sed tantum conatus et ma-
chinatio exterior ad eam expandant, et ad faci-
tus opusque perpetrandum. Verum hic conatus
et hec machinatio, et inchoatio est pars que-
dam operis; unde edem precepto velatur, quo
ipsum opus pula sexto et septimo.

Adde, ut deinceps illa seorsim veteri precepto nono et decimo, nichilominus certum et clarum est illa non tam veteri idea, quod exterius se prodant, quam quia a mala voluntate prodeunt. Voluntas enim in se mala et vetita, virus malitiae ^{Vobis} actu ^{interior} externo instillat, eamque proprias ^{mali} verbis significant et prohibent, cum dicunt: libet. ^{libet} Non concupisces. Unde colligas operum ^{lum} hanc prae voluntatis motum preceptis ^{illis} aversum, ^{avertit} ^{origo} idem pariter veteri. Si enim ^{bi} concupisces, ^{Non} ^{erit} ^{cunctis} ad quam naturam maxime proprie*te*tum sumus, tanquam mala et illicita velatur, ergo multo magis actus voluntatis, quo volumus id quod legi vetitum est, ipsa legi velatur.

Heretici, Lutherus et Calvinus in alio sum extremi. Putant enim concupiscentiam peccato originali reliquam, id est motus appetitus sensitivi et voluntatis inordinatus, qui preventum ratione et liberum voluntatis assensum, hic prohiberi. *Mandatur*, at Calvinus in cap. xx *Exodus*, precepto, *Non concupisces*, ne quis impurus appetitus animos nostros incit. Hinc perspicitur quibus prestigii fascinari Scholas scholas omnes Paedales, in quibus personat axioma itud, concu-

piscentiam in baptizatis non esse peccatum, quia stimulus est ad virtutem. » Et in cap. vi Levit. : « Quamvis, inquit, neque adulteri, neque fures, neque homicide simus; nemo tamen est quem non reatu constringat ultimum legis præceptum,

Non concupisces. »
Verum haec esse falsa, et praecepto Non concupisces vetari, non deliberatam et involuntariam, sed tantum voluntariam et liberam concupiscentiam, sive consensum voluntatis in illicita, patet

(1) Nec peccati magistra, sed arguit tantum **homines** et convincit malefactorem, quod ostendit Paulus vers. 7-12.

(1) Nec peccati magistra, sed arguit tantum homines et convincit malefactorem, quod ostendit Paulus vers. 7-12.

primo, quia pro *non concupisces*, in Hebreo est verbum *חָמַד*, quod non significat concupiscere, vel habere concupiscentiam, que natura nostra vitium est; sed nudo significat tantum appetere et desiderare; unde et rebus celestibus vibratur. Concupiscentia autem, que natura nostrum est et morbus, proprio significatur nomine *תְּשֻׁבָּה* *tesukah*, et nomine *בְּטָה* *betsa*. Cum ergo dicitur: *Non concupisces*, significatur, ut patet ex Hebreo *chamad*, et prohibetur tantum libera voluntatis appetitio ad sibi vendicandum rem alienam vel illicitam.

Secundo, id ipsum patet ex eo quod praeceptum hoc, uti et cetera, non detur brutis, non pueris, sed creaturem rationali, ratione et libera voluntate utenti, que sola legis est capax, solaque potest legem implere vel transgreedi. Hic autem motus concupiscentiae rationem et libertatem preveniunt, nec magis sunt humani actus, aut in protestate, ratione et arbitrio hominis, quam sidem sint in protestate equi, canis, leonis, alteriusve bruti. Scut ergo leoni imperari nequit, ne irascatur; can, ne ringat; equo, ne adhiniat; si ne homini imperari potest, ne primos similes concupiscentiae motus sentiat, et qui eos puniret, tyrannus esset. *Peccatum enim iinquit S. Augustinus*, lib. I *Retr.*, cap. xv, estque hic communis hominum et naturae sensus) ita in essa includit voluntarium, ut, si hoc desit, desinat esse peccatum. *Unde Apostolus*, vers. 17 et seq.: « Jam, inquit, non ego operor illud; » q. d. *Si concupiscente non est actus meus, quia non est humanus et liber*; unde mihi impunari, vito verti, aut puniri non potest; sed potius quia, ut idem ait vers. 16, 22, 23, « condelector, consentio, mente servio legi; » hinc hius meus actus, utpote mentis rationalis et libere, censeri debet, quod scilicet mente defestando motus concupiscentiae legi contrario, legi ipsi adhaerare et obediam.

Tertio, id patet ex eo quod Paulus, cap. precepit, vers. 12, et S. Scriptura alibi ita se explicet: ut *Ecli.* xviii, 30: « Post concupiscentias tuas non eas; » et S. Jacobus, cap. 1, vers. 15, concupiscentiam et tentationem non peccatum esse, sed peccatum parere, si videlicet pater peccati, consensu voluntatis, accedit, diserte assirat.

Quarto, ita haec praeceptum explicant omnes Pafres. Vide Chrysostomum, homil. 12 in *Math.*, et *Cyrillum*, lib. III *Contra Julian.*, sub medium; et *epiphanius*, lib. *De Octo Beatitud.*; Ambrosium, lib. I *Offic.*, cap. xxi; Hieronymum, lib. II *Eustoch.*, de custodia virg.; Prosperum, lib. II *De Vita contemplat.*, cap. iii, et lib. III, cap. iv; Gregorium, lib. XXI *Moral.*, cap. III; Augustinum, lib. I *Contra duas epist.* *Pelag.*, cap. x et xii, et lib. VI *Contra Julian.*, cap. xi, et lib. II *De Peccat. meritis*, cap. IV, XXXII et XXXIV; ita denique explicat et definit Concilium Tridentinum, sess. V.

Dices: Augustinus, epist. 200 ad *Aselicum*,

dicit hoc praeceptum, « Non concupisces, » in hac vita non impleri, sed in ea nos tantum tendere et contendere ad locum, in quo illud compleamus, puta ad celum. Idem docet lib. I *De Nuptiis et Concip.*, cap. XXIII et XXIX, et lib. *De Spiritu et Litt.*, cap. ultim.

Respondeo: D. Augustinus in explicatione huius praecepti jungit sensum litteralem et analogicum: litterali enim sensu hic precipitatur, ut concupiscentias et desideria prava non sequamus et debemus in hac vita; analogico vero sensu precipitatur, ut nulla omnino in nobis talia desideriantur: quo modo hoc praeceptum, ut et omnis alia analogae Scriptura, non ad presentem vitam, sed ad futuram in celo pertinet. Sic ergo hoc non precipit hic, ut in hac vita impetratur; sed praesentis luctu erit mortes, fieri tunc cum Deus mandabit virtutis sue, et omni ex parte precipitat peccatum et mortem in infernum. Vult ergo dicere S. Augustinus praecepto, *Non concupisces*, nomine precipiti, ut per virilem et constantem in hac vita lucram contra concupiscentiam, et tenet et committatur, ut scilicet mereamur omnino ab ea liberari in celo, utque ibi plenissime impetratur in nobis *non concupisces*: ut scilicet non consentiamus, nec sentiamus motus concupiscentiae. Simili modo explicat S. Augustinus praeceptum dilectionis Dei, lib. *De Spiritu et Litt.*, cap. ultim.

8. OCCASIONE AUTEM ACCEPTA, PECCATUM PER MANDATUM OPERATUM EST IN ME OMNEM CONCUPISCENTIAM. — Quares, quidnam hic vocatur et sit peccatum? Respondet primo, *Ecumenius*, Ambrosius et Methodius apud Epiphanium, *hæres 64*, peccatum hie esse diabolum.

Secundo, S. Chrysostomus vult esse sordidum: sociorum enim ex lege accipi occasionem augendi concupiscentiam.

Tertio, Anselmus putat peccatum hic esse concupiscentiam, sive peccati fomitum: hic enim quasi sopus et canis dormiens, occasione legis subi adverso excitatus et irritatus, exarsit in omni generis pravos motus, ire scilicet, superbice, gula et ceterorum vitiorum (1).

Quarto, Hieronymus, *ad Alysiam*, *Quest. VIII.*, censet peccatum hic esse legis objectum, seu id quod legi prohibetur.

Quinto et optimo, Toletus proprie hic accipit peccatum. Sic enim paulo ante illud accipit Apostolus, et sensus est, q. d. Homo in statu peccati peccatum ipsum occasione legis auxit. Peccatum enim nisi delectatur, in nova peccata hominem per-

(1) Recte, ut videtur. Notum est illud Ovidii, *Amar.* II, xix, 3:

Quod licet, iugratum est; quod non licet, scruta urit.

Et ibid. III, 17, 47:

Nititur in vetitam semper, capizansque negata.

trahit, quia vires gratiae et bonorum habituum, quibus peccato resistimus, homini vel admitit, vel immunit, et sui delectationem animoingerit, tunc magis data lege, per quam peccatum, quasi canis dormiens, ut dixi, excitatus exarsit in omnem concupiscentiam: ideoque lex peccati et mortis causa, vel potius occasio fuit: quod doceo et probare hic intendit Apostolus.

SINE LEGE ENIM PECCATUM MORTUUM ERAT. — Primo, Theodosetus et Cajetanus sic explicant, q. d. Paulus: Ante legem, puta in statu innocentia, peccatum mortuum erat, id est non erat. Sed quid hoc faciat rem et rhombum?

Secundo, Ambrosius: « Peccatum, » inquit, id est diabolus mortuus erat; quia quasi dormiens, igitur securus de homine peccatorum possebat, parum curabat eum ulterius sollicitare et trahere ad peccatum: sed hoc longe removit est.

Tertio et optimo, « sine lege peccatum mortuum, » id est *sopitum erat*: per legem enim excitatione revixit, ut dixi vers. preced.

9. EGO AUTEM VIVEBAM SINE LEGE ALIQUANDO. — q. d. Ego aliquando legem non cognoscibam, quando nimur nondum poteram habere usum rationis, et tamen motu concupiscentiae sentebam, qui tamen defectus ratio ne peccata non erant. Ita S. Augustinus, lib. VI *Contra Julian.*, cap. xi, et S. Hieronymus ad *Algas*, *Quest. VIII.* Vei potius, « ego vivebam sine lege, » nimur tunc, cum adolescere *et perem* et peccare, nec tamen legem Mose edocet esse: tunc enim vivebam quasi exlex, ac consequente peccatum non curabam, non agnoscibam, non estimabam: hinc ad illud non nullum incitabam.

Secundo, S. Chrysostomus, *Ecumenius*, *Toletus* hic, et S. Augustinus, lib. I *Contra duas epist. Pelag.*, cap. IX; S. Ambrosius, lib. I *De Jacob et vita beata*, censet Apostolum loqui in persona eorum, qui ante Mosen et legem vixerunt. Sed prior sensus planior est, et aptior verbis Apostoli.

10. SED CUM VENISSET MANDATUM (notandum, hinc) PECCATUM (quasi per antiperitosianum legis se intendit, et) REVIXIT, (et per illud) EGO MORTUUS TUM: (itaque) INVENTUM EST MIHI MANDATUM, QUON (datum) ERAT AD VITAM (michi demonstrandum et procurandam), HOC ESSE (cedere mili) AD MORTEM.

11. PECCATUM, OCCASIONE ACCEPTA, PER MANDATUM SEDUXIT ME (in suas partes me dolose traxit) ET PER ILLOM OCCIDI, — infigens anima vulnus culpe lethalis, per exardescensem occasione legis concupiscentiam, ut dixi vers. 8. In verbo seduxit illud ad primorum parentum seductionem, que occasione mandata facta est, cum serpens tentaret discrequeretur: « Cur præcepit vobis Dominus? » Gen. III, 2.

ITAQUE LEX QUIDEM SANCTA, ET MANDATUM SANTUM, ET JUSTUM, ET BONUM. — Id est mandata legis sancta, justa et bona sunt: « sancta, » quia pre-

scribunt quomodo Deus sancte coli debet;

« justa, » quia prescrubunt ut proximum non

ledas, sed ei quod suum est tribuas; « bona, »

quia prescrubunt ea, quibus quisque in se bonis

sunt, ac bonis moribus virtutibus preditus. El

quia haec tria apposite sunt per triplicia legis ve-

teris præcepta, scilicet per ceremonialia, quibus

sancus cultus et religio erga Deum; per judiciale,

quibus justitia erga proximum; per moralia,

quibus bonitas et continentia erga seipsum præ-

scribuntur.

Hinc S. Thomas, I II, *Quest. XCIX*, art. IV, putat

hic mandatum legis vocari « sanctum, » proper

ter præcepta ceremonialia; « justum, » proper ju-

diciale; « bonum, » proper moralia, et forte eo

etiam respexit Apostolus; proprie tamen videatur

agere de qualibet particulari legis mandato: hoc

enim significat Grecum τριῶν, ut sic distinguat

mandatum a lege, quasi partem a toto. Respicit

enam ad mandatum, *non concupisces*, quod paulo

ante citavit, q. d. Hoc mandatum, *non concupisces*, et quodvis aliud in se *sanctum* est, quia facit

hominem purum, castum, sanctum; et *justum* est, qui hominem cohabet, ne iniuste alienum uxorem aut rem concupiscat; et *bonum* est, quia

hominem bonum facit omnesque animi vires et

motus bene et rite ordinat ac componit.

13. QUID ERGO BONUM EST, MIHI FACTUM EST VERA. 43.

MORS? — q. d. Objicies: Ergo mandatum, quod

venit quodcumque modo facit, et cum hoc

minim percutit, et cum hoc

motu vitium et culpa ipsius mandati, sed peccati

eti, et hominis mandati abutuntur.

PECCATUM, UT APPAREAT PECCATUM (ut robur et

vires peccati manifestentur), PER BONUM (per man-

datum, occasionaliter) OPERATUM EST MIHI MORTEM

(animi preseniem et aeternam): UT FIAT SUPRA

MODUM PECCATUM PER MANDATUM. — S. Hiero-

nymus ad *Algas*, *Quest. VIII*, legit « ut fiat

peccatum peccatum. » S. Augustinus, lib. I *ad Simplic.*, *Quest. I*, legit, « ut fiat supra modum peccatum. » Graeca enim est ἀπαρτός: ή ἀπάρτια, quasi dicas scleratum scelus, vel peccatum peccantis, id est malitia peccati ingens et exuberans, q. d. Inde appareat ingens peccati vis et malitia ejus increverit, quodque per eamdem hominem magis invaserit et occidit. Est prosopopeia: peccatum enim hic inducit quasi persona, que habeat artem peccandi et peccata fingendi, sugerendi, machinandi, eamque exercitat, ut faciat lenones et lena. Cave hic commentarium S. Hieronymi adscriptum, qui negat traducem peccati originalis (1).

UT APPAREAT PECCATUM. — Maldonatus, in *Notis*

(1) Vers 13. « Ut fiat supra modum, » etc., id est, ut

proclivitas ad peccatum fieret longe pessima, occasione

legis.

manuscript., paulo alter verit et explicat, nimirum, sed peccatum «dum apparet peccatum, per bonum operatum est mihi mortem, dum fit supra medium peccans peccatum», ut ibid, id est ut, capiatur pro *etiam*, id est *dum*. Sed *Nostra versio* ut ipsa, ita genuina est. Ubi nota, ut non significat causam finalem, puta finem intentum, sed consequentem, ut paulo ante explicu.

14. SCIS ENIM QUA LEX SPIRITUALIS EST; EGO AUTEM CARNALIS SUM, VENIENDUM SUB PECCATO. — Probat hic Apostolus id, quod dixit, scilicet legem esse sanctam, et legem non esse causam mortis, sed peccatum lege declaratum et prohibitum, hominemque peccato subditum, qui prava carnis et peccati desideria sectatur. Id autem probat ex eo: « Quia lex, inquit, spiritualis est », id est spiritualia praecepit, non carnalia; « ego autem carnalis sum, id est sector ea, que carni et concupiscentiae placent, utpote » veniendum sub peccato; « ego ergo sub dominatu peccati vivens, mihi ipsi carnalis vita et peccati, ac consequenter mortis sum causa, non autem lex.

Lex spiritualia
vocata
ab quin-
que re-
tiones.

Nota : Lex dicitur spiritualis, *primo*, ut explicat S. Chrysostomus, quia prescribit ea que spiritum et hominis spiritualis sunt : scilicet virtutes sequi, vita fugere; *secundo*, quia les homines dirigunt ad cultum unius Dei, qui purissimum est spiritus, a quo etiam data est: ita Ambrosius; *tertio*, quia lex implere non potest, nisi per spiritum et gratiam a viro spiritualibus: ita S. Augustinus, hic in expositione quarundam propositionum hujus epistole , num. 41; *quarto*, ut S. Thomas, quia lex cum spiritu hominis congruit, et, ut Catejanus, spiritum hominis dirigunt et regulat, tam circa Deum, quam circa seipsum et proximum; *quinto*, quia lex spiritualiter accepta ducit et preparat homines ad legem Evangelicam, qua est lex spiritus et vite.

An. S. EGO AUTEM CARNALIS SUM. — Notant Greici Paulum hic, usque ad vers. 25, inducere personam hominis peccatoris constituti sub lege, qui nondum gratia Christi liberatus est a servitio peccatoris, Ita Origenes, Chrysostomus, Theophylactus, Basilius in *Regul. brevitor.*, in resp. ad 46 interrog.; Commentarius Ambrosii, Hieronymus ad *Aglos*, Quest. VIII; immo S. Augustinus hic, et ad *Simplic.* lib. I, Quest. I, quos libros ipse scripsit, dum esset junior. Et probant ex eo quod aut Apostolus: *primo*, « ego carnalis; *secundo*, « venundatus sub peccato; » *tertio*, « video aliam legem captivitatem me in lege pectocca: » haec enim non vindicentur esse viri sancti et perfecti, qualis erat Paulus, sed peccatoris aut certe recens conversi, ut vult Origenes: « in quo, inquit, remanet infirmitas et procrustias ad pristina vitia, ut licet velit ea vincere et facere, nonne bonum, non tamen statim voluntate, nequatur effectus, sed sapientia, et a virtutis solida vincatur, v. g., decernitur quis, et vult cohierere ira, sed quia longa conseruandae ira ei dominante est, obssedit eam voluntatem.

tati ac proposito, et in solita sibi rursus itinera-
vus furoris erupit. Sic et in virtutibus vult bene-
agere, sed non statim voluntatem sequitur effectus-
tus: siens qui vult esse sapiens, non statim ut
vult, sapiens effectus est; sed prius abhilidus
est labor, studium, sollicitudo, vigilie, doctrinae
institutio, et via aliquando longo usu, medita-
tione continua, sapiens efficitur. »

Secundo tamen, idem S. Augustinus postea senior et doctio effectus, dum scribit contra Pelagianos, docet hunc locum omnino explicandum esse de virtute sanctis, ipsorum Paulo; illiusque hic concupiscentiae et spiritus lucum graphice ab eodem depingit. Ita ipse lib. I *Retract.*, cap. xxiii; lib. VI *Contra Julian.*, cap. xi, ubi at hanc esse expositionem S. Hilarii, Nazianzeni, Ambrosii (unde colliguntur commentatoria in has epistolae et in hunc locum S. Ambrosio ascripta, revera non esse S. Ambrosii, habent enim hoc loco contrarium) et exteroriter Ecclesie Sanctorum et notorum Doctorum. Sie quoque explicant S. Gregorius, lib. XIX *Moral.*, cap. vi; S. Hieronymus, lib. II *Contra Pelagianos*; Anselmus, Primatus, D. Thomas, Peterius, Adamus et alii.

Vixit, iisque probata primus, quia non ad Apo-
stolum: Erant vel tibi, ut dixi vers. 9, sed ait:
Sum, consentio, condelector, in presenti. Ergo hoc
transit a statu praeterito legis et peccati ad
statum gratiae, sed cum concupiscentia lucitanis,
q. d. via legis, vel potius peccati lege abutentis,
q. dixi, ex eo appetat, quod eliamum sub
gratia licet constitutus, tantos famen adhuc ejus
effectus et incitamenta concupiscentiae sentiat,
ut videat esse carnalis.

Secundo, idem patet ex eo quod ait: «Jam non ego operor illud;» hec enim verba indicant Apostolum non loqui de peccatore: peccator enim operatur peccatum. Loquitur ergo de viro justo et sancto.

Tertio, idem indicat, cum ait : « Condelector
logi secundum interiorem hominem ; » et : « Ego
ipse servio mente legi Dei, » et cum ait cap. seq. :
« Nihil ergo nunc damnationis est iis, qui sunt in
Christo Jesu, » quæ omnia non cadunt, nisi in
virum justum et sanctum.

Tertia explicatio hujus loci est Cassiani, qui *Collatione 23*, vult hic describi luctam Martae et Magdalene, vita scilicet activae et contemplative. Verum hoc non litterale est, sed mysticum. vel potius accommodatum.

VENUNDATIUS SUB PECCATO. — Nota primo, peccatum hic idem esse, quod ante, sed materialiter tantum, sive objective, id est capi pro objecto peccati, sive fomiti et concupiscentia. Unde hanc versus, 29 vocat legem in membris regnuparam legendis. Ita S. Hieronymus et Anselmus supra. Neque novum est Apostolus a peccato formaliter sumptu, trahisse ad peccatum materialiter sumptu. Si enim ipse sage ludit in vobiscum, ut dixit, 31.

Loquitur
Paulus
de se e
quolibet
sancto.

COMMENTARIA IN EPISTOLAM AD ROMANOS, CAP. VII

Unde nota secundo, concupiscentiam hic dici peccatum, non formaliter et proprie, ut vult Calvinus; sed **primo**, quia ipsa est materiale peccatum: est enim concupiscentia contra Dei legem, illigata ad rationem formalem peccati nihil doest, nisi consensus voluntatis; **secundo**, quia ipsa incitat ad peccatum; **tertio**, quia ipsa est effectus peccati: ita Concilium Tridentinum, sess. V; **quarto**, quia ipsa est pena peccati; **quinto**, quia ipsa est instrumentum, quo per actum generationis, peccatum originales transfunditur in posteros Adae.

Hinc S. Augustinus, lib. V *Contra Julian.*, cap. iii., docet concupiscentiam et peccatum esse, et penam peccati, et causam peccati. *Sicut, inquit, cecitas cordis, quam solus removet illuminator Deus, et peccatum est, quo in Deum non creditur, et pena peccati, qua cor superbium digna animadversione punitur, et causa peccati, cum malum aliquid eaciens cordis errore committitur: ita concupiscentia carnis, adversus quam bonus concupiscent spiritus, et peccatum est, quia inest illi inobedientia contra dominatum mentis; et pena peccati est, quia redditia est meritis inobedientis; et causa peccati est, defectio consentiens vel contagio nascentis.* *

Ubi adverte, concupiscentiam ab Augustino dici peccatum eodem sensu, quo explicui eamdem hic peccatum dici ab Apostolo: multa anima

dem hic peccatum dici ab Apostolo : vult enim docere Augustinus concupiscentiam non esse naturalem conditionem, proprietatem et perfectiō nem manantem ex natura hominis, ut volebat

Julianus; sed esse peccatum, id est esse vitium naturae et propagatum ex peccato originali, quod negabat Julianus, utpote Pelagianus. Unde cap. seq., docet S. Augustinus concupiscentiam esse perpetuum materiali lucte, virtutis et vice, ac consequenter non esse peccatum formaliter et proprie, nisi ei succumbat et consentiat libera voluntas.

Nota tertio, dicit Apostolus de se, quod si *vnumdatus*, scilicet ab Adamo, pretio pomi, et traditus (debet) *מְכַח machar*, et vendere, et tradere significat; quod enim venditur, traditur

menti, quasi domino) *sub peccatum*, ut habent
Greci, id est in servitum peccati originalis; et
consequenter, quod ipse etiamnum, justificatus
licet, si tamen concupiscentiae (que in locum
peccati originalis quasi successit, ut in iustis re-
maneat) obnoxios, quasi servus emptitius, ut
eius motus velit, nolit, ubique sentiat. Unde
Syrus veritatem בְּבָבֵן מִזְבֵּחַ lachatida, id
est verditus sum peccato, hoc est, traditus sum
concupiscentiae.

Sic Achab, lib. III Regum, cap. xxi, dicitur enumeratus, ut faceret medium, id est sua mala voluntate servum se addixit peccato, quasi vendidisset se, vel locasset se et suas operas, non ad aliud quam ad peccandum. Alludit enim Scriptura hac phrasim ad servos Hebreorum, qui se vendebant ad opera servilia domini prestante;

AD ROMANOS, CAP. VII.

d. Ahab tradidit et totum se impendit idolis, quasi corum munipium, quasi idolatria a domini suis iudicis tanquam servus adductus esset, non quasi esset rex Israëlitarum liber et ingenuus conditionis. Si ergo Augustinus, in *Expositione propositionum Iustinus epistole*, nur. 42: «Quisque, peccando animam suam diabolo vendit, accepta, tanquam prelio, dulcedine temporalis voluptatis». «Concupiscentie ergo quasi tyranno adiutum sumus, etiam isti; non tamen propriis

peccato: nec enim concupiscentia cogit nos ad peccatum, quia ejus motus sentire non est peccatum, sed in liberis conseuntive peccatum est, ut S. Bernardus.

15. **QUOD ENIM OPEROR, NON INTELLIGO.** — *Primo,* Verba verie sibi explicat S. Chrysostomus, q. d. peccator quibus modis deceptus sit, ut peccatum plexus sit, non cognoscat.

*Secundo, Theodoretus sic explicat, q. d. Peccator peccati malitiam perfecte non noscit.
Tertio, Toletus: Peccator, inquit, quod operatur non intelligit, quia contra judicium intellectus,*

*Quarto, Anselmus sic exponit, q. d. In regulis
receptorum Dei non invenio que concun-
pis-*

Quinto, Methodius, apud Epiphanius, hæresi 62,

c, q. d. Qui bonum operatur, sepe distractio-
nes et malas cogitationes patitur, ut non intelli-
git suas passiones et sua opera.

Serto et optimo, S. Augustinus, lib. I *Contra epist. Pelagian.* cap. xi, hunc datus sensum: Quod operar, non intelligo, » id est, per rationem et voluntatem non approbo opera et motus incipientium mass. Hunc esse sensum patet ex Psal. I dieiut: *Viam Justorum.* Et Matth. 10: « Non novi vos, » id est *non anno vos, non proposito:* hec enim est scientia practica. Bursum sed concupiscentia motus » non intelligo, » id est hi motus rationem et intellectum prevenunt.

Probat hic Apostolus se venum datum sub pec-
cio, id est esse *seruum concupiscentiae*, ex eo quod
sicut non illa quae sibi facienda videntur, sed
in qua dominus, scilicet concupiscentia, sibi
operat, puto concupiscere : id deinde probat
eis consequentibus.

NON ENIM QEO VOLO BONUM, HOC AGO : SED QUOD
MALUM, ILLUD FACIO .— Ita legunt Biblia Ro-
ma, aliaque correctiora (licet Graeca non ha-
bitantur *bonum*, illud tamen habent vers. 19). Jam
ad eum sensum, *primo*, S. Chrysostomus sic ex-
pli. q. d. In peccatoribus est quedam velleitas
et odium quoddam imperfectum mali, etiam
in peccatis.

Secundo et melius, S. Augustinus et Anselmus, hec exponunt, non de peccatore, sed de justo, talis erat Paulus, ut dixi: Malum, inquit,

quod justus edit, et tamen facit, est concupiscentia, quam justus naturaliter, sed involuntarie operatur, vel potius patitur et sentit invitus; bonum vero quod justus non agit, cum tamen velit, est bonum opus facere alacriter, et totis viribus sine concupiscentia repugnante. Vel brevius, non concupiscere bonum est, quod vult et optat justus; malum vero, quod odit, est concupiscente, q. d. Paulus: Vellem non concupiscere, et nolle concupiscere, et tamen concupisco.

Valentia
to Ad
movalia
la pro
pende
in hanc
delecta
bilia, ho
morita
et curia
sa.

Nota: *Facio* significat hic actionem hominis imperfectam, id est actum concupiscenti appetitus, ultra rationis assensum, idque patet ex phrasib[us] Hebreorum, de qua dixi can. 32. Præsertim quia motus concupiscentia non tantum sunt in appetitu sensitivo, sed et in voluntate, que naturaliter ex origine sua in Adamo vitia propendunt in bona delectabilitate, honorifica et curiosa. Unde explicans subdit Apostolus: « Jam non ego operor illud, sed quod habitat in me peccatum. » Hic actus concupiscentia non est meus, non est humanus, quia non est liber et deliberatus, sed est actus inhabitabilis in me peccati, id est concupiscentie. Hinc S. Augustinus in *Sententias*, sent. 383: « Approbare, inquit, falsa pro veris ut res invitus, et resistente repugnazione carnalis vinculi, non posse ab illicitis operibus temperare, non est natura instituti hominis, sed pena damnationis. »

16. SI AUTEM QUOD NOLO, ILLUD FACIO (id est si concupisco, quod tamen dolo et dolens facio, vel potius patior), CONSENTO LEGI (id est ratione et voluntate approbo), QUONIAM (quod lex in se) BONA EST. — Unde Syrus verbi, *suffragium fera legi, quod bone est*, quasi dicit: Si concupiscentia nolens et invitus, mens et voluntas mea integra est et intacta, quia legi adhaeret et cum ea consentit (1).

Hebreis
vers. 17.

17. NUNC AUTEM (nunc ergo) JAM NON EGO OPEROR ILLUD (scilicet humanum, id est deliberate), sed QUOD HABITAT IN ME PECCATUM. — Id est concupiscentia, ut dixi vers. 14, hinc enim habitat in carne mea, non autem ipsa virtus et bonum, id est bonitatis. Hoc enim quod subdit Apostolus.

18. SCIO QUA NON HABIT IN ME, HOC EST IN CARINE MEA, BONUM. NAM VELLE, ADIACET MIHI: PERFICERE AUTEM BONUM, NON INVENIO. — q. d. Facultas et bona voluntas volenti id quod bonum est, est in me justificato; sed vix, et non nisi difficulter illud perficere possum: *Spiritus enim promptus est, caro autem infirma, immo reluctans spiritui. Ita S. Augustinus, Anselmus, S. Thomas, Primasius et Syrus. Idem explicat, repetit et inculcat Apostolus, vers. 21. Vers. S. Bernardus, serm. 84 in Cantica: « Jacet, inquit, voluntas, ubi non suspetit*

(1) Rectius, ut videtur: *Si vero non quod volo, hoc idem efficio, tactus assertior legi, eamque bonum esse testor. Verum hoc esse experientia docet, sepe enim fatentur homines, hoc vel illud recte prohibuit esse, et tamen affectibus abrepti, faciunt quid illicitum esse fatentur.*

facultas. » Et S. Augustinus, lib. X *Confess.*, cap. xl, in terra gemens et suspirans ad colum: « Recido, inquit, in hac serumnoso ponderibus, et resorbore solitis, et teneor, et multum fleo, sed multum teneor. Tantum consuetudinis sarcina degravata. Hic esse valeo, nec volo; illuc volo, nec valeo: miser utroque. »

Merito S. Gregorius Nazianzenus, in Carmine ad virginis, carnem vocat echenida, sive remoram pisciculum. Sicut enim remora navis, ita caro hominis in celum cursum inhibet et sistit. Hanc ergo remoram amovendam esse docet, dum canit:

*Nec vita ipsa tua immittas echenida, carnem,
Quae velut injecta propteram compede puppim
Definet, ac tantum cogit subsistera molam.*

Vide et Abbatum Theonam apud Cassianum, *Collat.* 23, ubi fusa hanc Apostoli sententiam pertractat.

21. INVENTO Igitur (in meipso) LEGIM (que sequitur scilicet), QUONIAM (quod) MIHI VOLENTI FACERE BONUM, MALUM ADJACET, — et inest, malum, inquam, concupiscentia mihi innata, quo bono et lege Dei repugnat. Adverte hic, et in leipo experire, cum bonum aliquod, presertim heroicum via aggressi, maxime sexies insurgentem etesse oppidatum concupiscentiam.

Nota hic Hebreorum trajectio: vox enim *Trajectio* quoniam, quam postponit Paulus dicens: « Invenio, volenti bonum facere, quoniam mihi malum adjacet, » preponenda est hoc modo, « Invenio, quoniam mihi volenti bonum facere, malum adjacet. » Alter alii haec explicant, quos vide, si libet, apud Toletum.

22. CONDELECTOR LEGI DEI SECUNDUM INTERIOREM Vers. 22.

— QUIUS, quis dicatur interior, qui ex exterior homo? Primo, Manichei et hoc loco docuerunt in homine duas esse animas, unam bonam, a qua virtutes; secundam malam, a qua via modum, et consequenter in ipso homine esse quasi rora et exteriores homines, unum interiorem, alterum exteriorum.

Secondo, Illyricus rigidus Lutheranus: « Interior homo, inquit, est anima et spiritus Dei; exterior homo est peccatum originale, quod quasi forma substantialis animam afficit. » Putat enim ipse peccatum non esse accidens, sed formam et substantiam quamdam tetram et horridam, talemque qualiter vulgo imaginatur diabolum.

Terter, Calvinus: « Interior homo, inquit, est superior pars anima, sive mens conscientis legi Dei; exterior est eadem mens quatenus concupiscentia mala. » Putat enim Calvinus in eadem omnino animae portione et facultate habeat esse pugnam, ideoque hominem etiam justum simplicer tam esse peccatorem, quam justum; quod implicat. Porro haec eius doctrina sequitur ex altero eius principio, quo homini re ipsa vere et

Calvinus
Eberius
arbitri-

Philo
Toleti

propriæ partem superiori, id est rationem et liberum arbitrium, admittit: tunc enim necessario sequitur, quod in parte inferiori tam dominetur concupiscentia, quam virtus; quodque inferior habeat pars, non re ipsa, sed nomine tenus in superiori et inferiore dividatur. Verum haec omnia aberrant sunt, errore et heretica.

Quarto, Photius et Toletus sic explicant: Homo interior est ratio, quae etiam in peccatoribus reuelatur exteriori, id est sensu et appetitu.

Verum nota: in homine una tantum est anima, quae simul est rationalis et sensitiva; et post privationem iustitiae originalis peccato contractat, hec contra illam, scilicet sensitiva contra rationalem, maxime grata imbutam, adeoque ipsa anima contraria appetitus secum pugnat, etiam in homine justificato: ita ut ex operationibus ejus duplex in eo videatur esse anima et duplex homo. Cujus rei causa est eminentia animae rationalis, quae virtute in se continet animam sensitivam et vegetativam, factique in homine una anima, quod in tribus, scilicet in planta, in equo, in homine faciunt tres animae, scilicet vegetativa, sensitiva et rationalis.

Utrum ho-
mo ration-
ale diversi-
tatem
suum
status
vocatur
vel inter-
ior.

Dico ergo, unus idemque est homo, sed ratione diversorum statuum, affectionum et operationum, dictur exterior vel interior. Inferiore statu Apostolus nunc novum vocat, nunc renovatum, scilicet a Christo, nunc spiritualium, nunc mentalium: exteriorum, animalium vocat, vel veterem, quem scilicet a veteri Adamo traximus; cumdem vocat carnem, vel membra synedochies et metonymicem: quia scilicet, maxime vim suam ostendit in membris, carne et appetitu sensitivo. Hoc enim corruptio derivata ex carnali Adamo, maxime se pandit et exercit in carne et carnalibus desideriis, imo per ea animam sollicitat et commovet, licet propriæ anima residat. Hinc Apostolus, *Galat.* v. superbi, invidiam, rixas, vocat opera carnis, id est concupiscentia et vegeter hominis.

Interioris
homini
animam
Dei,
operatio
rit.
Circa
deteri-
oribus
et
proprie-
tatis

Interior homo est mens, ut recte Cajetanus; vel aplius, ipse homo grata, charitate et spiritu dei imbutus et vivens: hujus anima, est gratia et charitas: hujus lex, est lex divina ejusque datum, ut Esto castus, sobrius, humilis, obediens, Deum time et ama, hujus vitalis operatio, est Deum abhore, colere, obedire.

Exterioris
homini
nisi
pudica
et
circum-
stancia
et
proprie-
tatis

Exterior, sive vetus homo est concupiscentia, seu vitiositas, omnibus anima potestis, ipsique etiam menti et voluntati insidentis; vel est mens aut potius est ipsa homo omnibus suis potestis vitiositas et corruptus: hujus anima, est concupiscentia: hujus lex, est vitiosa inclinatio, vel aliquod dictamen concupiscentiale, Dei legi contrarium, v. g. Inebria te, fornicare, superbi: hujus operatio vitalis, est concupiscentia vinum, opes, delicias, amicas. Concupiscentia ergo et homo exterior est in anima, voluntate et mente, sed qua parte naturaliter agunt, et in objecta sua

Locus
moralis
de lucta
concupi-
scencia et
spiritu.

Primum
casus
insultu-

Seconduis. « Retinebant me nugas nu-
mero, et vanitatis vanitatum, antiquæ amio-
ne, et succubabant vestem meam carneam, et tue
submurmurrabant: Dimitisse nos? et a momento
isto non erimus tecum ultra in æternum? et a
momento non tibi licet huc et istud, ultra in
æternum? Et quæ suggerabant in eo, quod dixi,
Hoc et istud! quæ suggerabant, Deus meus,
avertat ab anima servi tu misericordia tua:
quæ sorores suggerabant, quæ dedecora! Et
audiebam eas jam longe minus quam dimidiis,
non tanquam libere contradicentes eundo in
obliviam, sed veluti a dorso missantes, et discon-
cedentes quasi furum vellicantes ut respicerem;
retardabant tamen me cunctantem abripiens at-
que excutere ab eis, et transire quo vocabat,
cum diceret mihi consuetudo violenta: Putasne
sine istis poteris? »

Tertius
casus
insultu-

tertius concupiscentia insultus, sed remis-
tens, prevalentia gratia et constantia S. Augustini.

« Sed jam tepidissime hoc dicebat. Aperiabatur

enim ab ea parte, qua intenderam faciem, et quo

transire trepidabam, casta dignitas continetia,

serena, et non dissolute hilariis, honeste blan-

diens, ut venire, neque dubitarem, et extendens

ad me suscipiens et amplectendum pias manu-

bus, plenas gregibus bonorum exemplorum. Ibi

tot pueri et pueri, ibi juvenis multa, et omnis

etas, et graves vidue, et virgines anas, et in

omnibus ipsa continentia nequaquam steriles,
sed fecunda mater filiorum gaudiorum de ma-
rito te, Domine. Et iridebat me derisione exhor-
atoria, quasi diceret: Tu non poteris, quod isti
et iste? An vero isti et iste in sempitinis hoc
possunt, ac non in Domino Deo suo? Dominus
Deus eorum me dedit eis. Quid in te stas et non
stas? Projice te in eum, noli metuere; non se-
subtrahet, ut cadas. Projice te securus, exspect
te, sanabit te. Et erubescam nimis, quia illa-
rum narugam murmur adhuc audiebam, et cune-
tabundus pendebam. Et rursus illa quasi diceret:
Obsurdece adversus immundam illa membra tua
super terram, ut mortificantur. Narrant tibi de-
lectationes, sed non sicut lex Domini Dei tui. Esta
controversia in corde meo, non nisi de meis po-
adversus meipsum. » Hec Augustinus.

*Incita
spiritu
lis utili-
tas.*

Secundo, Incita hujus utilitatem docet S. Gregorius, lib. XIX *Moral.*, vi : « Optima, ait, virtutis custos est infirmitas, vel pressuram, vel tentationem : et fit certo moderamine, ut, dum quisque Sanctorum jam quidem interius ad summa rapitur, sed adhuc tentatur exterior, nec desperationis ipsum, nec elationis incurrit, sed cognoscimus in profecto, quod accipimus ; in defectu, quid sumus ; et sic subtilissima interni iudicij moderatione infra summam, et supra infimam, in quadam medio anima libratur. » Et S. Bernardus, serm. in *cœna Domini*, *De Baptism. et Sacramento altaris* : « Ad humiliandos nos ipsam (concupiscentiam) adiuva patitur vivere in nobis, et graviter affligere nos, ut sentiamus quid nobis grata præstet, et semper ad illius auxilium recurramus : sic et de minoribus istis pecatis pia dispensatio nebulsum agitur, ut non penitus auferatur, sed in illis nos eruditus es, ut, cum minima cævere non possumus, certi simus quod non nostris viribus majora supereamus, semperque timorati et omnino solliciti simus quomodo ejus gratiam non amittamus, quam nobis tam multipliciter necessariam esse sentimus. »

23. VIDEO ALIAM LEGEM IN MEMbris meis, REPUGNANTEM LEGI MENTIS MEAE, ET CAPTIVANTEM ME IN LEGE PECCATI. — « Repugnauem, » grecce ἀντισπατεζων, id est contra militantem, rebellantem. Est metaphorā a lucta et pugna.

Rursum, « captivante me », non voluntatis consensione, ut uul. Chrysostomus (putat enim ipse haec omnia de statu peccati et de peccatore dici), sed commitione, ait S. Augustinus, ut sci-
licet captivus reddar et subiciar legi peccati, id est concupiscentia; ita ut etiam invitus et reluc-
tans, vitiosas ejus inclinationes, dictamina, im-
pulsus sentire cogar, et ejus laqueos et motus eva-
dere non possim.

Aliqui ex S. Augustino sic explicant: « Captivantem, » id est captivare concantem; sed grecce est αἰχμαλωτίζειν, id est capientem me; et Syriace est ἡχθῶ sabeli, id est quod appetitum me reddit.

Immanu- dero enim videre te, et requiescere in te : se-
felicitas non sinor carne retentus. O civitas desiderabilis
et pundi- muri tui lapis unus, custos tuus ipse Deus, cive
ta. tui semper lacti; semper enim gratulantur in vi-
sione Dei, &c.

25. GRATIA DEI PER JESUM CHRISTUM. — Supple liberabit me quandoque a corpore mortis hujus puta in futura resurrectione, dando mihi corpus immortale et gloriosum.

Nota, pro gratia Dei, noster Interpres legit in
Greco γένεσις ή. Ita quoque legit S. Ambrosius,
Origenes, Hieronymus, S. Augustinus et alii.
Verum S. Chrysostomus, Theodoreus, Eusebius,
Theophylactus, Hieronymus ad *Algasiam*, et
Grec codices jam legit γένεσις το θεον, gratias
alio bee, qui scilicet me liberabit a corpore mor-
tis, per Jesum Christum.

*Gratia
rum factum
rum, sed
præter
tus res
pectu.
Nam gratia proprie non agnoscit futurum. Nam gratia propriæ beneficio futuro et accipiendo, sed præterito etiam applicatio: :o autem liberabit hic est futurum non waterceptio.*

Adde, ab gratia Dei tacite includit et gratia
ago Deo. Nam dicere: gratia Dei per Christum
me liberabit, hancque gratiam confiteri et cele-
brare, est re ipsa gratias agere Deo.

IGITUR EGO IPSE MENTE SERVIO LEGI DEI; CARN

ALLEGATORI
AUTEM, LEGI PECCATI, — eo sensu, quem jam deo-
vers. 22 et 23. Totum hunc Apostoli locum de-
lucta earnis et spiritus, sive concupiscentia
contumelie, egregie tractat S. Augustinus, lib.
De Continencia, tom. IV; hunc enim librum non
esse Hugonis Victorini, ut suspicatur Erasmus,
sed ipsius Augustini, ex Beda, Possidonio et aliis
docent DD. Lovanienses, qui accurate et con-
recissime opera omnia S. Augustini ediderunt.

In illo ergo libro docet *primo* Augustinus, super fine cap. n. in hac vita perpetuum esse hanc mortam, et sufficere nobis, si non consentiamus manu concupiscentiae, itaque futurum ut in altera beatita vita illam non sentiamus. «Nunc quare dum inquit, concupisci carni adversus spiritum et spiritus adversus carnem, sed est nobis non consentire malis, quae sentimus in nobis. Nam ipsa continentia cum frenat coquitatione libidine simili et appetit bonum, ad cuius immortalitatem tendimus, et respuit malum, cum quo in hac mortalitate contendimus.»

*Deinde docet eos tantum hanc luctam sentire
qui concupiscentia relinquant, non autem eos
qui illi edunt et consument. «Hanc pugnam
inquit, non experientur in semipossit nisi bellum
fortis virtutum, debellatoresque vitorum. Non
exphantū concupiscentia malum, nisi continerent
bonum. Sunt autem qui legem Dei omnino ne-
scientes, malas concupiscentias nec in hostibus
deputant, eisque miserabilē cœcitate servientes
insuper etiam beatos se putant satiando eas, p-
tus quae domando.»*

Tertia. docet Christianos quasi Christi milites ad hunc pagnum ab Apostolo accendi, ut non permittant concepercipiantur in se regnare, quod fit, cum illi obediunt; sed illi resistant, eamque resistendo domum et minuant, hacten tam extingueris neguant; sic enim ait: «Milites Christianos Apostolica tuba isto sonitu accendit in praelium: Non regnat peccatum in vestro mortali corpore ad obediendum desideris ejus. Tunc autem regnare ostenditur, si desideris ejus obediatur, quibus non est obediendum, ne obediens tuba regnet. Cum horatior Apostolus, ut spiritu facta carnis mortificemus, tuba iugis canit; bellum, in quo versamur, ostendit, et ut acriter dicimemus, et hostes nostros mortificemus, ne ab eis mortificemur, accendit.»

Quarto, hostes nostros describit, et hujus primum milies utrinque recenset: hinc scilicet opera carnis, inde fructus spiritus in actione producens. « Hostes autem nostri, inquit, opera sunt carnis, que sunt fornicatio, immunditia, luxuria, idolorum servitius, veneficia, iniurie, contentiones, emulationes, etc. In hoc prelio adversus carnalem exercitum velut aliam producens actionem spiritalem: Fructus spiritus est, inquit, charitas, gaudium, pax, longanimitas, benignitas, bonitas, fides, mansuetudo, continentia. Hec est actio continencia, si opera carnis mortificantur. »

Quinto, cap. vii., docet non esse duas in hominibus naturas ex contrariis rebus principis ortas, et inter se assidue conffigentes, unam boni, alteram mali, ut voluerint Manichei. Sed hoc bellum oriri ex languore concupiscentiae, quam peccatum in naturam hominis bonam, et hene a deo Deo conditam inexit. *Languorem autem istum, inquit, culpa meruit, natura non habuit;* quam same culpam per lavacrum regenerationes Dei gratia fidelibus jam remisit, sed sub ejusdem medicis manibus adhuc natura cum suo langore configit. In tali autem pugna sanitas erit tota victoria, cum iustus dicet: *Benedic, anima mea domino, cuius negotiis omnes languores tuos.*

Secto, ostendit carni ipsi bonum esse, ut ejus pravis desideris resistatur, ut illa ipsa caro a sua vitiis purgetur. Audi, inquit, Apostolum dicentem: *Quid non habitat in me (quod ut exponeret, addit) hoc est, in carne mea, bonum.* Si itaque dixit esse carnem suam. Non ergo est ipsa nimis nostra; et quando ejus vitiis resistitur, ipsa amatur, quia ipsa curatur: nemo enim unquam carnem suam odio habuit, ut ipse Apostolus dicit. *Ei ipsius alio loco, alt;* Mente servio legi Dei; carne, legi peccati. Quoniamque carne, legi peccati? numquid concupiscentiae consentiendo carnali? Absit: sed motus desideriorum illis habendo, quis naturae nobebat, et tamen habebat; sed eis non consentiendo, mente serriebat legi Dei, et tenebat membra, ne fierent arma negocii?

Sentimus ostendit ergo sensu dicat Apostolus se

Prec. propter concupiscentiam, velle quidem bonum, non faciem perficere. « Fiant, inquit, itaque in nobis concupiscentiae male, quando id quod non licet, libet: sed non perficiuntur, cum legi dei fit, cum id, quod male libet, vincente bona delectatione non fit: sed boni perfectio non impletur, quamvis confinatur, tamen moveretur; non enim opus esset ad contineretur, nisi moveretur. Erit ergo perfectio boni, quando erit consumptio mali; illud erit summum, hoc erit nullum. Quod si in ista mortalitate sperandum putamus, fallimur; tunc enim erit, quando mors non erit, sed summum bonum erit, » etc.

Contin- Octavo, cap. xiii, docet continentiam luctari non solum contra libidinem, verum etiam contra quolibet alios concupiscentiae motus, eamque illos frenare et compescere. « Continentia, inquit, omnibus prorsus delectationibus concupiscentiae, quae adversarii dilectione sapientie, coercentis atque sanandis invigilat, ut homo non secundum hominem vivens, iam possit dicere: Vivo autem non ego, vivi vero in me Christus; ubi enim non ego, ibi felicis ego, ut quando secundum hominem reprobus illius motus exurgit, cui non consentit, qui mente legi Dei servit, dicit etiam illud: Jam non ego operor illud. »

Morbi- Nono denique, demonstrat per continentiam mortificando esse concupiscentiae motus, tunc ne in opus exeat, tum ne voluntas in mente et cogitatione iis inheret et consentiat, ut iis mortui, Christo et justiti vivamus. « Mortificate, inquit Apostolus, membra vestra, quae sunt super

terram, fornicationem, immunditiam, etc. Et quomodo ista mortificantur opere continentiae, nisi cum eis menta non consentitur, neque exhibentur eis arma corporis membrorum? Et quod est vigilancia maiore continentie curandum, ipsa eliam nostra cogitatio, si eorum quadam suggestione et quasi susurratione tangatur, tamen ab eis, ne oblectetur, avertitur. »

Präsentissimum porro concupiscentiae antidotum est cogitatio et inspectio mortis, et morientium, ac mortuorum.

Abbas Elias, apud Sophronium, in *Prato Spirituali*, cap. x, narrat de se, quod visitatus a feminis religiosis, post eius absumtum, gravem senserit tentationem libidinis, a qua virtus exiverit ad eam cum illa explendam. « Cum vero, inquit, ferme uno stadio ab eius adhuc spelunca distaram, urente gravior gestu libidinis, repente factus in extasi, vidi apertam terram, et me hiata terra absorptum. Aspicioque illuc cadavera putrida genita et resoluta, et incredibili fatore plena, quandamque reverendi habitus virum ea ministrantem, ac dicentem: Ecce istud mulieris est, istud viri, istud pueri; fruere jam ut vis, et quantum libet concupiscentia tua: hujus tamen voluptatis gratia vide quod labores emittere voluisti: vide propter quod peccatum vos ipsos privare vultis regno celorum. Vix humane misericordie propter unius hora voluptatem tanti laboris mercede frustamini. Ego autem praे nimio fatore in terra corru. Tunc accedens vir ille venerabilis, qui mihi apparuerat, erexit me. Et gratias agens Deo, reversus sum in locum meum. » Plura vide *Numeri*, xi, 20 et 34.

CAPUT OCTAVUM.

SYNOPSIS CAPITIS.

Hactenus explicavit Apostolus infirmitatem legis, peccati et concupiscentiae: hic vires gratiae et spiritus Christi explicat, seu quanta bona justi per Christum Christique spiritum dentur.

Primo ergo ex dictis concludit eos qui Christo per fidem et gratiam sunt insiti, ab omni culpa et damnatione esse liberos, eos scilicet, qui non secundum carnem, sed secundum spiritum vivunt.

Unde secundo, vers. 12, multis probat nos secundum spiritum, quem accepimus, dettere vivere, spiritum, inquam, adoptionis, in quo clamamus: Abba, Pater, qui nos Dei filios ad futuræ glorie cum Christo coheredes essecit.

nde tertio, vers. 19, ostendit, quanta, quamque ambienda sit haec gloria, utpote ad quam suspirat non solum omnis creatura, quae in hac vita vanitati subiecta est, sed et hi, qui spiritus primiæ accepérunt.

Unde, vers. 26, assertur spiritum adjuvare infirmitatem nostram, et postulare pro nobis.

Denique, vers. 28, exaggerat charitatem Dei erga se diligentes, quia omnia eis cooperantur in bonum, utpote, quos præservat et prædestinavit conformes fieri Christo, et pro quibus tradidit Christum in mortem. Ex quo, vers. 33, concludit: Quis ergo nos separabit a charitate Christi?

1. Nihil ergo nunc damnationis est iis qui sunt in Christo Jesu, qui non secundum carnem ambulant. 2. Lex enim spiritus vite in Christo Jesu liberavit me a lege peccati et

moris. 3. Nam quod impossibile erat legi, in quo infirmabatur per carnem, Deus Filium suum mittens in similitudinem carnis peccati, et de peccato damnavit peccatum in carne, 4. ut justificatio legis impleretur in nobis, qui non secundum carnem ambulamus, sed secundum spiritum. 5. Qui enim secundum carnem sunt, quae carnis sunt, sapiunt; qui vero secundum spiritum sunt, quae sunt spiritus, sentiunt. 6. Nam prudentia carnis, mors est: prudentia autem spiritus, vita et pax. 7. Quoniam sapientia carnis inimica est Deo: legi enim Dei non est subiecta, nec enim potest. 8. Qui autem in carne sunt, Deo placere non possunt. 9. Vos autem in carne non estis, sed in spiritu: si tamen Spiritus Dei habitat in vobis. Si quis autem Spiritum Christi non habet, hic non est ejus. 10. Si autem Christus in vobis est, corpus quidem mortuum est propter peccatum, spiritus vero vivit propter justificationem. 11. Quod si Spiritus ejus, qui suscitavit Jesum a mortuis, habitat in vobis, qui suscitavit Jesus Christum a mortuis, vivificabit et mortalia corpora vestra, propter inhabitantem Spiritum ejus in vobis. 12. Ergo, fratres, debitores sumus non carnem, ut secundum carnem vivamus. 13. Si enim secundum carnem vixeritis, morieti: si autem spiritu facta carnis mortificaveritis, vivetis. 14. Quicunque enim Spiritu Dei agnuntur, ii sunt filii Dei. 15. Non enim accepistis spiritum servitutis iterum in timore, sed accepistis spiritum adoptionis filiorum, in quo clamamus: Abba (Pater). 16. Ipse enim Spiritus testimonium reddit spiritui nostro, quod sumus filii Dei. 17. Si autem filii, et heredes: heredes quidem Dei, coheredes autem Christi: si tamen compatimur, ut et conglorificemur. 18. Existimo enim quod non sunt condignæ passiones hujus temporis ad futuram gloriam, quæ revelabitur in nobis. 19. Nam expectatio creatura, revelationem filiorum Dei exspectat. 20. Vanitatis enim creatura subiecta est non volens, sed propter eum, qui subiectum est in spe: 21. quia et ipsa creatura liberabitur a servitute corruptionis in libertatem gloriae filiorum Dei. 22. Scimus enim quod omnis creatura ingemiscit, et partur usque adhuc. 23. Non solum autem illa, sed et nos ipsi primiæ spiritus habentes; et ipsi intra nos gemimus, adoptionem filiorum Dei expectantes, redemptionem corporis nostri. 24. Spe enim salvi facti sumus. Spes autem qua videtur, non est spes: nam quod videt quis, quid sperat? 25. Si autem quod non videmus, speramus, per patientiam expectamus. 26. Similiter autem et Spiritus adjuvat infirmitatem nostram: nam quid trememus, sicut oportet, nescimus: sed ipse Spiritus postulat pro nobis gemiib[us] inenarrabilibus. 27. Qui autem seratur corda, scit quid desideret Spiritus: quia secundum Deum postulat pro sanctis. 28. Scimus autem quoniam diligentibus Deum omnia cooperantur in bonum, iis, qui secundum propositum vocati sunt sancti. 29. Nam quos præscivit, et prædestinavit conformes fieri imaginis Filii sui, ut sit ipse primogenitus in multis fratribus. 30. Quos autem prædestinavit, hos et vocavit; et quos vocavit, hos et justificavit: quos autem justificavit, illos et glorificavit. 31. Quid ergo dicemus ad haec? si Deus pro nobis, quis contra nos? 32. Qui etiam proprio Filio suo non peperit, sed pro nobis omnibus tradidit illum: quomodo non etiam cum illo omnia nobis donavit? 33. Quis accusabit adversus electos Dei? Deus qui justificat. 34. Quis est qui condemnet? Christus Jesus, qui mortuus est, imo qui et resurrexit, qui est ad dexteram Dei, qui etiam interpellat pro nobis. 35. Quis ergo nos separabit a charitate Christi? tribulatio? an angustia? an famæ? an nuditas? an periculum? an persecutio? an gladius? 36. (Sicut scriptum est: Quia propter te mortificam tota die: astimati sumus sicut oves occisionis.) 37. Sed in his omnibus superamus propter eum, qui dilexit nos. 38. Certus sum enim, quia neque mors, neque vita, neque angelii, neque principatus, neque virtutes, neque instantia, neque futura, neque fortitudo, 39. neque altitudo, neque profundum, neque creatura alia poterit nos separare a charitate Dei, quæ est in Christo Jesu Domino nostro.